



16

DISSERTATIO SOLLEMNIS MEDICA  
DE  
**RHEUMATISMO  
PURPURACEO**

---

QVAM  
DIVINIS AVSPICIIS  
ORDINISQUE MEDICI CONSENSU  
PRAESIDE  
VIRO EXCELLENTISSIMO, EXPERIENTISSIMO,  
DOCTISSIMO QVE,  
**PETRO IMMANVELE  
HARTMANNO,**

PHILOSOPHIAE ET MEDICINAE DOCTORE, MEDICINAR  
THEORETICAE, CHEMIAE, ET MATERIAE MEDICAE  
PROFESSORE PUBLICO ORDINARIO, ACADEMIARVMQUE  
CAESAREAE NATVRAE CVRIOSORVM, ET ELECTORALIS  
MOGVNTINO-ERFVRTENSIS SCIENTIARVM VTILOVM, NEC NON  
SOCIETATIS DVCALIS TEVTONICAE HELMSTADIENSIS  
SODALE

D. VIII. OCTOBR. A. R. S. c<sup>lo</sup>I<sup>o</sup>CCLXIII.  
PRO GRADV DOCTORIS  
SVMMISQUE MEDICIS HONORIBVS OBTINENDIS  
IN IVLEO MAGNO

P V E L I C E D E F E N D E T  
A V C T O R  
**CHRIST. IVSTVS GOTTLIEB TANNER**  
HERZBERGA-GRVBENHAGENSIS.  
\*\*\*  
HELMSTADII,  
E T Y P O G R A P H E O DRIMBORNIANO.

DISTRIBUTIO SOLLEMNA MEDIE  
DE  
OMNIA MUNIMENTA  
QUARUM

DIVINAE LITERATURA  
OCCUPATIONIS CORRESPONDENTIA  
TANDEM  
MUNIMENTA  
DISTRIBUTIO

ET LUMINAMUS  
OMNIA MUNIMENTA

RAMIS  
THEOCRATICIS  
EPISTOLARIS  
CATHOLICIS  
CENSANTIBVS  
SOCIETATIS  
DISTRIBUTIO

DISTRIBUTIO  
PRO CERADA  
SOCIETATIS  
IN TERRIS  
GNO

CHRISTI HISTORIE  
GOTTIS ET HUMANIS  
IN TERRIS  
GNO

VIRO  
EXCELLENTISSIMO, DOCTISSIMO.  
CONSULTISSIMOQUE  
**LUDOVICO GODOFREDO**  
**TANNERO,**  
IVRIS VTRIVSQUE DOCTORI,  
ET CAVSARVM ACTORI APVD FRANCOFVRTENSES  
AD MOENVM LONGE CELEBERRIMO,  
PATRVELI SVO  
OMNIBVS PIETATIS ET REVERENTIAE NOMINIBVS  
COLENDO,

VT

INNVMERORVM BENEFICIORVM  
IN SE CVMVLATISSIME COLLATORVM  
GRATAM MEMORIAM  
PUBLICE RECOLAT,  
SIMVLQVE

T A N T I V I R I  
MVNIFICENTISSIMO PATROCINIO  
IMPOSTERV M QVOQVE RES SVAS  
FORTVNAMQVE SVAM  
DE MELIORI COMMENDET,  
PRIMITIAS HAS ACADEMICAS  
VENERATIONIS, PIETATIS,  
OBSEQVIIQVE TESSERAM  
OFFICIOSISSIME

D. D.  
AVCTOR.



DISSESSATIO SOLLEMNIS MEDICA  
DE  
RHEVMATISMO PVRPVRACEO.

PROOIMION.

**D**icitur vix potest, quantus hominum numerus, saltem his in regionibus, per totius fere huius anni tractum de continuis propemodum doloribus rheumaticis sint conquesti, adeo, ut nunc in publicam quasi omnium querimoniam hic excesserit morbus. Quin populari quasi inuasione in omnes fere singulosque irruerunt hi dolores, ut, quibus pepercerint, nulla fuerit hominum conditio, nulla aetatis, sexus,

A 3

tem-

temperamentique ratio. At enim vero, id quod  
fausto omnino omne accidisse videtur, plerisque,  
dum praedictis his cruciatibus maxime angebantur,  
superuenit, tanquam Deus ex machina, purpura ru-  
bra, copiosissimis turgidissimisque pustulis per cutem  
erumpens, et modo commemoratos dolores effica-  
cissime dispellens. Cuius singularis solutionis quoti-  
diana fere obseruatio effecit, ut, disputandi mate-  
riem, qua secundum academicas leges summam me-  
rerer in medicina dignitatem, meditatus, in hac per-  
tractanda persisterem, nec iniucundum hoc, nec in-  
fructuosum fore argumentum mihi persuasus. Da-  
bunt interea pro benignitate ipsorum veniam, lec-  
tores, sicuti forte per festinationem; ad quam **OPTI-**  
**MI PRAESIDIS** mei maxime imminens ex hac illu-  
stri Iulia Carolina discessus me impulit, errauero aut  
non vbique apta scripsero atque opportuna. Homo  
enim sum, nec humani quidquam prorsus a me ab-  
esse perfecte scio.

§. I.

§. I.

Quotiescumque homines conspicimus, qui generatim de lassitudine atque grauitate totius corporis conqueruntur, simulque alterne recurrentes horripilationes et phlogoses cum turbato somno et imminuto ciborum appetitu sentiunt; speciatim vero in hoc illoue membro, et singulariter non circa articulos, sed in ipsa parte musculosa, dolorem percipiunt pungentem, vibratorum, lancinantem, et carbonum ignescientium instar ardenter, eminentiorique in eodem membro grauitate vexantur, adeo ut etiam moueri difficilius possit, et nonnunquam perfecte rigidum videatur, remittente vero dolore interdum leuiter intumescat, sub ipso vero insultu omnis externi caloris sit impatiens: tunc eiusmodi homines *rheumatismo* laborantes existimamus.

§. II.

§. II.

Ex his autem singulis phaenomenis (§. I.) accurate inter se collatis comparatisque haud male arquē erronee agere nobis videmur, *rheumatismum* in dolente musculosarum pārtium spasio, ex internis causis orto, et in leuem earundem partium tumorem desinente, consistere contendamus, hacque definitio ne hunc morbum complectamit.

§. III.

Facile autem ex his modo disputatis (§. I. II.) intelligi potest, quantum intersit discriminis rheumatismum inter et alias morbos, qui aliquid ceteroquin similitudinis cum eodem habere videntur. Qui *primo* frequentissime vulgo cum hoc morbo confundi solet, est dolor arthriticus: sed haud difficulter etiam discerni potest, si modo ad affectum attendatur locum:

Quippe

Quippe rheumatisini sedes in musculosis tantummodo deprehenditur partibus: arthritis vero ipsis articulationum iuncturis ligamentisque inhaeret. Porro etiam interdum catarrhales affectus, et rheumatismi inter se confunduntur: sed, licet haud dissimilis sint originis, vel ipso tamen loco quoque differunt, cui ambo insident; quandoquidem catarrhorum sedes potissimum glandulosas partes occupat, et ex seri stagnantis acriori natura oritur, rheumatismus vero, ut iam satis diximus, solas sibi velut proprias vindicat partes musculosas. Ad haec etiam neque tantus ardor, neque tantus dolor, quantus in rheumatismo percipitur, catarrhalibus affectibus inest; unde etiam fit, ut nostro vernaculo sermone hos *kalte Flüsse*, istum vero *einen bitzigen Fluss* appellemus. Dein etiam rheumatismo aliiquid similitudinis interest cum inflammatione, praesertim si tumor rheumaticus simul leuiter rubeat (§. I.). Interim tamen tam ratione na-

B

turae,



turae, quam ratione phaenomenorum maxime differunt. In rheumatismo enim solam deprehendimus seri stagnationem, a particulari congestione ortam; in inflammationibus vero perfecta humorum, et in specie sanguineorum potissimum, adest stasis. Neque tumor ruborque rheumaticus cum eo, qui incendia comitatur, plane conuenit: hic enim et arteriarum manifestas ad tactum offert pulsationes, plus ruboris intensioris habet, magis dolet, facile in suppurationem abit, duritieque insigni praeditus est; ille vero contra nunquam adeo est intensus, ut pulsantes arteriolae tangi possint, porro remissioris et maxime pallidi est ruboris, minusque dolet, minusque durus est, nec, nisi externis topicis emollientibus et suppurationem efficientibus medicamentis maxime inopportuna ratione diu et affatim tractetur, unquam pus contrahit et in abscessum abit. Denique est quoque aliquod doloris, tumoris, ruborisque genus,

quod

quod externas interdum sequitur violentias, verbi caussa, contusiones, conquassationes, iectus, et id genus alias iniurias. Verum enim vero quum haec caussa manifesta sit et ad haec externa, rheumatismus vero, vt ex definitione pater, nunquam, nisi ab interna caussa (§. II.), oriatur, nemo facile cum praedito tumore dolorifico rheumatismum temere confundet.

#### §. IV.

Interest autem ad argumenti nostri accuratiorem pertractionem, vt porro doceamus lectores, ipsos rheumaticos dolores inter se variis adhuc subsecuius generibus distingui. Atque huius distinctionis quatuor plerumque ordines constituere solent Pathologiae scriptores. Scilicet *primo*, originem rheumatici diuersam intuiti, distinguunt eundem in sanguineum et serosum: quorum prior is est, qui sanguinis stagnationi ortum debet suum, posterior vero, et



priori frequentior, qui a sero stagnante excitatur.  
*Porro* alia rheumatismi est in fixum atque vagum di-  
stinctio. Quippe is vocatur ille, qui in loco quodam  
musculoſo corporis nostri profundas egit radices, et  
ibidem diu et fere continuo quaſi infixus haeret; hic  
vero is, qui per vniuersi corporis musculos hinc in-  
de yagatur, crebriusque ſedem ſuam mutat. *Tum*  
aliud constitui ſolet diſcrimen inter verum ſpurium  
que rheumatismum, qui ſolummodo ex diuersa ſym-  
ptomatum grauitate diognoscuntur. Quippe, ſi do-  
lores rheumatici ſunt acutiores, lancinantes, et inten-  
ſi, inſignique tumore affectaſe partis stipati, verus di-  
citur rheumatismus: e contrario vero ſi haec omnia  
phaenomena ſunt maxime remissa, absque tumore,  
et ea inprimis doloris ſensatio adēſt, quaſi contuſa ef-  
ſent membra, ſpurii nomen accipit rheumatismus.  
*Denique* maxime ſollemnis et praecipue noſtro argu-  
mento illuſtrando inſeruiens eſt rheumatismi diuifio in  
ſimpli-

1671

\* \* \*

simplicem et compositum; quorum prior a sola simplici humorum congestione oritur, posterior vero humorum congestorum qualemcunque acrimoniam simul inuoluit. Hoc nomine habemus rheumatismum *venereum*, si miasma venereum sero impuro est intermixtum; *scorbuticum*, si dyscrasia scorbutica simul adest; *cachymicum*, si generatim impuritas humorum rheumatismo oriundo ansam dedit; *purpuraceum*, quem iam pertractamus, si materia purpuracea serum inquinavit et acrimonia sua rheumatismum excitauit.

§. V.

Verum enim vero, vt non solum perspiciant letores, quomodo hic ipse purpuraceus generetur rheumatismus, sed vt intelligent quoque, vnde ipsi per superuenientem purpuram accidat solutio, inter-



est omnino, expedire antea generatim omnes istas caussas, quae fons et origo huius mali merito sunt vocandae. *Formalem*, quam Pathologi dicunt, causam ipsa a nobis supra (§. II.) constituta rheumatismi definitio exponit, vnicet nimirum in spasmus musculari quaerendam. *Materialis* autem duplici ex fonte prodit, partim nempe ex vasorum distensione, si stagnans sanguis aut serum subsit; partim vero ex eorundem irritabilium canarium irritatione, si serum particulis salinis acribus variis generis sit foetum. Ex quo etiam statim *remotae* rheumatismorum caussae facile aestimari possunt: quippe hae, si *primo antecedentes* spectentur, cum in seri sanguinisque stagnatione, tum in acrioris falsaque seri in minima vascula ingressu consistunt. Ex his *porro* remotis caussis *praedispontentes* sunt intuitu humorum peccantium, tam plethora, praecipue cum spissitudine coniuncta, huiusque propiores caussae, venae sectio omissa, haemorrhagiae

con-

consuetae imminutae aut penitus suppressae, vita sedentaria, lauta atque opipara, aut otio diffluens, et cetera; quam seri sanguinisque acrimonia, ex iisdem fere, quas modo recensuimus, caussis inducta, vel etiam ex variis impuris miasmatibus extrinsecus illata. Solidarum autem partium vitio si ortum debeat rheumatismus, praecipua esse solet caussa ipsa earundem debilitas atque atonia, a qualibuscunque caussis generata; verbi gratia, a venere et crapula nimia, vehementioribus crebrioribusque animi commotionibus, meditationibus laboribusque nimiis, violentiis extensis perictum contusionemque illatis, dispositione connata atque haereditaria; et id genus aliis. Denique et hoc referas temperamentum sanguineum et sanguineo-phlegmaticum: quippe cui praeditae praedispontentes caussae in primis tanquam propriae sunt vindicandae. Supersunt tandem recentendae *occationales* caussae, quarum potiores atque

que frequentiores sunt refrigerium nimium, prae-  
serit exaestuationi magnae nimiaeque succedens;  
vnde etiam sit, ut sub crebrioribus tempestatum vi-  
cissitudinibus magnisque aëris atmosphaerici mutatio-  
nibus, quales potissimum veris et auctumni sunt comi-  
tes, copiosissimae et saepenumero velut grassantes  
rheumatismorum sint accessiones. Porro huc merito  
referendus est calor nimius externus, praecipue si  
vni alterique corporis parti nimis atque intempestive  
admittatur. In hunc quoque censem maxime veni-  
unt omnes singulaeque naturales haemorrhagiae, si  
grauius fuerint turbatae. Sollemnis denique chro-  
nici praesertim et habitualis, quem vulgo dicunt,  
rheumatismi esse solent caussa fonticuli antiqui et diu  
fluentes, nunc vero neglecti et exsiccati; quoniam  
enim consuetus in hunc locum humorum adfluxus  
emissario nunc caret, magnam omnino eorundem  
congestionem stagnationemque ibidem fieri oportet.

§. VI.

## §. VI.

Atqui hae omnino nunc expositae varii generis caussae (§. V.) ad rheumatismum quoque purpuraceum spectant; vt nunc haud adeo difficile sit expeditu, quaenam huius singularis affectus sit notio atque caussa, et quonam modo solutio fiat, demonstrare luculenter. Scilicet, vt suo iam disputauimus loco (§. IV.), purpuraceus hic rheumatismus est spasmus muscularum dolorificus, cum aliquali tumore coniunctus, a particulis salinis singularibus purpuraceum miasma constituentibus, sero intermixtis, et latera minimorum vasculorum irritantibus, ortus. Proinde rheumatismus purpuraceus a nobis quoque ad genus rheumatismorum compositorum superiori loco (§. cit.) iam est relatus, et ex materialibus caussis, antea recensitis (§. V.), alteram, irritationem nempe vasorum, agnoscit caussam, ex antecedenti-

C bus



bus vero seri falsi acriorisque in minimos canales ingressum (§. cit.), et ex praedisponentibus caussis seri sanguinisque acrimoniam, tanquam fontem, habet.

### §. VII.

Ex occasionalibus vero caussis (§. V.) purpurae rheumatismi praesertim hornotini, merito accufandas esse existimamus mirificas illas tempestatis vicissitudines (§. V.), quae praesentem annum vniuersum adeo ab innumeris fere praeteritis annis distinxerunt, ut similis tempestatis perpetuo mutabilis atque infinitis variationibus notatae vix vlla hominum memoria recordetur. Hiems enim per integros paene nouem menses protracta, ineunte tamen Februario mense octo circiter admodum calentibus diebus interpolata, et protinus iterum intenso frigore exacerbata, aestas

estas dein succedens, (ver enim fuit nullum,) primo  
 feruentissima, mox vero pluuiosissima simulque fri-  
 gida, facere omnino non potuerunt, quin tot vicis-  
 itudinibus perpetuo mutaretur atque turbaretur in-  
 sensibilis per cutem transpiratio, quot ipsa tempestas  
 mutabatur. Hinc tanta grauissimorum morborum  
 cohors! Hinc illae lacrymae! Hinc toto fere anno  
 febres peripneumonicae, catarrhales, rheumaticae,  
 biliosae, et passim intercurrentes exanthematicae ma-  
 lignae. Praecipui vero frequentissimique omnium in  
 hac morborum scena, his saltem in regionibus, fue-  
 runt rheumatismi nostri, nulli corporis parti parcen-  
 tes; qui, si aegros satis superque per aliquot dies  
 hebdomadesque vehementissime vexarant, tandem a  
 copiosissima superueniente purpura rubra chronica,  
 quam etiam scorbuticam vulgo medici appellare so-  
 lent, soluebantur et dispellebantur. Vnde nemini

C 2                    dubium



dubium fore existimamus, haec ipsam materiam purpuraceam, sero innidulantem, rheumatismorum pрагressorum fuisse caussam; in primis quod eum plerumque in ea ipsa parte, quam occupauerat dolor rheumaticus, posthaec etiam primum et saltem copioſſime erumpere animaduersae sunt pustulae purpuraceae, tum quod deinde remota et ad corporis superficiem per emunctoria cutanea eiecta hac cauſa ceſſauit quoque effectus inde rheumatismus.

§. VIII.

Tametsi vero perquam difficultis quaestio[n]is res est, expedire atque velut ad vnguem demonstrare, quaenam propria et singularis natura mixtioque materiae huius sit purpuraceae chronicae, (ab acuta enim miliari alba ob insignem symptomatum diuersitatem

tatem omnino quoque maxime diuersa est existimanda,) : tamen hoc est verum, quam quod verissimum, quod etiam sudores admodum foetidi, pustulae admodum pruriginosae, aliaque phaenomena testantur, materiam hanc ex particulis saliniis copiosissimis, forsan alcalescentibus, oleosisque aut, si mauis, sulphureis intime nuptis esse compositam. Fac ergo, perpetuis vicissitudinibus constringi iterumque expandi meatus cutaneos, et mox sudoribus disfluere homines, mox iterum horripilationibus spasmisque periphericis affici; tum profecto fieri non potest, quin serum excrementium et sua natura iam leuiter falsum, quandoquidem particularum sulphurearum, salinarum, mucidarum atque aquearum est colluius, alioquin ex dictis emunctoriis eliminandum, maiori, quam par est, copia in humano corpore retineatur, et tandem ita augeatur, ut non solum copia sua vascula minima

C 3

disten-




distendat, verum etiam acrimonia sua salina irritabiles  
tunicarum, ex quibus haec vasa coaluerunt, fibras  
irritet, pungat, stimuletque. Atque haec ipsa irri-  
tatio, hoc in vasculis irritabilibus incitamentum pri-  
maria quaedam rheumatismorum est caussa; sicuti  
iam per ante demonstrata abunde satis dedimus eui-  
stum (§. V.). Verum enim vero haec ipsa quoque  
actio mutua, hic intestinus humorum attritus, hic  
eminens vasculorum in transeuntes humores impetus  
materiam ipsam purpuraceam, praecipue scorbuti-  
cam, ex ipsis corporis nostri humoribus vel optimis  
laudabilibusque euoluere atque progignere potest.  
Cum enim in animali corporis nostri mixtione, ut ex  
physiologicis institutionibus luculentissime constat,  
semper particulae saline diuersi generis oleosaeque  
reperiantur, simulque cum aqueis terreisque, diuersa  
tamen mixtionis proportione, humorum nostrorum  
massam

massam constituant; sit exinde facillime, ut sub iugi  
ac perenni motu, praecipue fortiori illo atque trans-  
pressorio, (quod barbare dicere liceat,) qui disten-  
sionem vasorum, a congesto et per suppressam tran-  
spirationem accumulato sero productam, sequitur, in  
intensissimum motum intestinum resolutoriumque ra-  
piantur humores, sub vtroque hoc motu, ratione  
particularum suarum constituentium, immutentur,  
adeoque peruertantur, ut demum in eiusmodi collu-  
uiem serosam salsam cacochymicam degenerent, quae  
ad materiem purpuraceam chronicam, rubris deinde  
pustulis, dum cutim perrumpit, distinctam, requi-  
ritur. Illustrat hanc purpurae chronicae genesin per-  
uersus et intempestiuus medicamentorum diaphoretici-  
corum, quippe etiam vasa minima nimis stimulan-  
tium usus, qui, quotidianis fere experimentis, varii  
generis exanthemata, et singulariter etiam purpuram  
rubram



rubram producit ; quemadmodum hoc luculentiori  
commentario excellentissimus PRAESES meus , dum  
adhuc Halaे viueret , demonstrauit in *Dissertatione de*  
*incongruo diaphoreticorum usu , frequenti adfectuum ex-*  
*anthematicorum caufa , alieno nomine scripta , et illu-*  
*stri Andrea Elia BÜCHNERO Praeside defensa*

Halaе, CICICCLII.




v

01 A 6631

ULB Halle  
004 931 246

3





B.I.G.

Black



DISSE<sup>16</sup>RAT<sup>16</sup>O SOLLEMNIS MEDICA  
DE  
RHEUMATISMO  
PURPURACEO

QVAM  
DIVINIS AVSPICIS  
ORDINISQUE MEDICI CONSENSU  
PRAESIDE  
VIRO EXCELLENTISSIMO, EXPERIENTISSIMO,  
DOCTISSIMOQUE,

PETRO IMMANVELE  
HARTMANNO,

PHILOSOPHIAE ET MEDICINAE DOCTORE, MEDICINAE  
THEORETICAE, CHEMIAE, ET MATERIAE MEDICAE  
PROFESSORE PUBLICO ORDINARIO, ACADEMIARVMQUE  
CAESAREAE NATVRAE CVRIOSORVM, ET ELECTORALIS  
MOGVNTINO-ERFURTENSIS SCIENTIARVM VITILIVM, NEC NON  
SOCIETATIS DVCALIS TEVTONICAE HELMSTADIENSIS  
SODALE

D. VIII. OCTOBR. A. R. S. cl<sup>o</sup> CCLXIII.  
PRO GRAD<sup>V</sup> DOCTORIS  
SYMMISQUE MEDICIS HONORIBVS OBTINENDIS  
IN IVLEO MAGNO

PVB<sup>E</sup> LICE DEPENDET  
AVCTOR  
CHRIST. IVSTVS GOTTLIEB TANNER  
HERZBERGA-GRV<sup>E</sup>BNHAGENSIS.  
HEL<sup>M</sup> STADI<sup>I</sup>,  
E TYPOGRAPHEO DRIMBORNIANO.